



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De secunda & tertia excomm. eiusdem Bullæ cap. 20.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

*De secunda & tertia excommu-
nicatione eiusdem Bulla.*

Cap. 20.

IN* secunda excommunica-
tione tria clauduntur persona-
rum genera. Appellantes ad
futurum Concilium generale ab-
ordinationibus, sententiis, vel
mandatis summi Pontificis: dan-
tes ad hoc consilium, & fauorem
præstantes effectu secuto. * Ter-
tia lata est contra Pyratas, Cur-
sarios & Latrunculos maritimos:
discurrentes mare Ecclesiæ, præ-
cipuè à Monte Argentario vsque
Terracinam, & contra eorundem
factores, receptatores, & defen-
sores. Per Pyratas hic intelligunt,
non modo eos qui Christianos
re ipsa deprædantur, sed eos etiam
qui per mare vagantur vt de illis
prædam agant etiamsi nulla alia
sequatur actio.